



**Erasmi a Chokier Tractatus iurisdictionis ordinariae in
exemptos, illorumque exemptione ab ordinaria
iurisdictione**

in duos tomos distinct.

I. Scholia in Constitutionem Concilii Lateranensis. II. Conservatorias
Ecclesiasticas quaest. 130. III. Conservatorum Laicorum materiam,
Tribunali viginti duûm virum Leod. adoptatam comprehendens

**Chokier, Érasme de
Coloniae Agr., 1684**

Quæstio 5. Clerici, an sub eadem pactione comprehendantur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61908](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61908)

Non comprehendi vincunt paucis rationes sequentes. Prima ratio quia
lib generali dispositione nunquam comprehenditur persona sequentis. l.
disposita C. de solut. cap. quisquis de prebendis pulchre apud Rurimum cons. 83. col. ult.
lib. 1. Gosad. cons. 76. num. 14 & cons. 101. num. 20. Menoch. in resp. 2. causa Finariensis
num. 74. nisi tamen dispositio esset favorabilis Crau. cons. 174. num. 12. aut subiecta
materia aliud suaderet, Menoch. d. nu. 4. & seqq. aut nisi concessio ex certa scientia
procederet, Gosad. d. cons. 76. num. 11. vel nisi alioquin frustranea esset dispositio, Me-
nich. & DD. iam laudati.

Secunda ratio quia sub generali dispositione non comprehenduntur persona
speciali nota dignæ quales sunt principes quam ego teoriam prolixius discussi in
tractatu de iurisd. in exemptis, lib. 1. quest. 3.

Tercia ratio quia princeps ab hoc fœdere specialiter excipitur uti videre est ex
illius textu.

Quarta ratio quia etiam si nominatim princeps ab hoc pace non exciperetur
non tamen eadem pace ligaretur. Bertachina tract. de Episcopo lib. 4. par. 2. num. 33.
Balâ. auth. quibusunque in fine C. de sacra Eccles. & in l. digno vox. C. de legib. Barthol.
l. Lucius §. Titius ff. de fideius. libert.

Quinta ratio quia inferiores legem dicere Episcopo eorum superiori non
possunt, cap. cum inferior de maior & obediens. Idque non solum qua Episcopo
sed nequidem qua Principi. Tum quia princeps ob regalia est imperatoris regis
vel loco Martini Laudensis tract. de principe quest. 11. Iason loquens de Duce Mediola-
nensi consilio 101. par. 4. Franciscus Balbus de prescriptionibus in 2. parte part. 5.
quest. 8.

Tum quia potestas illa laica qua concurrens cum Ecclesiastica herbam dat & ce-
dit Ecclesiastica cui subditi nullo modo possunt imperare aut legem præjudicalem
dicere, Navar. in cap. novis. not. 6. num. 26. de iudicij. cap. cum inferior ubi DD. de Ma-
dorit. & obed.

QUESTIO QUINTA

Clerici an sub eadem pactione comprehendantur.

Aaa 3

SUM.

SUMMARIUM.

1. Sub generali dispositione non comprehenduntur clerici.
2. Tribunal vigintiannuum virale est laicum.
3. Statutum non potest clericos subijcere laicis.
4. Episcopi clericos non possunt subijcere potestati laicae.
5. Clerici subijciuntur potestati laicae ratione officiorum secularium.
6. Diversis respectibus potest aliqui subijci diversis iudicibus.
7. Laicus iudex supplet negligentiam iudicis Ecclesiastici.

NEquitiam sub generali enim dispositione praesertim odiosa non veniunt
 ij qui sunt speciali aliqua nota digni, cap. sedes de rescriptis ubi DD. l. prator ait
 §. quod autem ff. de injuriis, quales sunt clerici, Abb. cap. verum num. 22. de foro
 compet. cap. 1. de po. nu. in 6. cap. v. supra de locato cap. que in Ecclesiarum de consuet. sig-
 nanter quoties generalis dispositio particulari privilegio praerudicium adfertur, cap.
 generi de Reg. iur. in 6. id quod ego limpius alio in loco comprobavi, de in-
 dict. ord. in exemptis lib. 1. quaest. 3. nu. 13. porro si clerici subijcerentur paci vigintiannu-
 le est vigintiannuum virale in quo laicorum numerus excedit clericos, Barth. l. fin. ff.
 de collegis Abb. cap. ex litteris num. 3. & 4. de consuet. Marant. de ord. iud. part. 4. dist. 11.
 num. 23. Ausfer. de potest. Eccles. super laicis num. 12. quod non est in potestate statu-
 entium seu autorum dictae pactionis vigintiannuum vitalis, cap. Ecclesia S. Mariae de
 constit. Hier. Grat. conf. 110. num. 38. part. 1. Rot. de cas. 10. de consuet. in antiquis, ubi
 loquitur de consuetudine & statutu anglicanis in clericos Restaurus de Imperatore
 quaest. 101. Nam neque Episcopi clericos potestati laica subijcere possunt gloss. cap.
 clericum 11. quaest. 1. cap. si diligenti de foro competenti Bertrachinus de Episcopo lib. 4.
 part. 5. quaest. 49. num. 95. vol. Oce. 2. fol. 183. imo nequidem ipsi clerici seipsis cap.
 si diligenti de foro comp. id ne quidem si laicis vim inferrent, Jason. l. est reptum num.
 6. ff. de iurisdic. om. iudic. arg. l. si manente ff. de prac. patitur tamen haec conclusio
 diversis limitationes inter quas haec una sit clericos huic tribunali subijci ratione
 officij saecularis quod gerunt, cap. Sacerdotibus ne clerici vel Monachi Cassianus ad
 consuet. Burgundiae Rubrica de iustices §. 5. in gloss. ad verb. si n. a grace vers. & isti sunt
 late Ausfer. de potest. haec super Eccles. Reg. 1. num. 24. & seqq. diverso enim respectu
 diversis iudicibus quis subijci potest, cap. cum Capella de privileg. ubi DD. similiter in-
 7 defectum iustitiae seu negligentiae iudicis Ecclesiastici, cap. princeps saeculari 24. quaest.
 5. ubi glo. cap. tua de decimis Ch. ff. in d. loco vers. 11. fallit, Ausfer. de potest. saeculari su-
 per Eccles. Reg. 1. num. 11.

Vigintiduum virum Leod. comparat. compreh. Pars III. Quæst. VI. 379
Denique multis alijs in casibus qui ex tractatu Stephani Autrecij de potestate laica super Ecclesiasticis personis elici possent quos ego casus ne fufior sum a-
liquoque studij exemplator hic non transcribo.

QVÆSTIO SEXTA.

An exempti subijciantur huic vigintiduum virum tribunal.

SUMMARIUM.

1. Dispositio generalis non comprehendit exemptos.
2. Episcopus non potest exemptos nec exempti se ipsos alteri subijcere.
3. Disponere nemo potest de eo quod suum non est potestario.
4. Iuliana constitutio est exemptionis amplissima.
5. Iuliana eximit etiam respectu officiorum & beneficiorum.

Constitutio hæc vigintiduum viralis nominatim huic tribunalij subijcit omnes cuiuscumque sint gradus qui autem de omnibus disponit neminem entetur excludere. *Præses in locis legatib. loco à generalitate.*
Verum opinor exemptos constitutione hæc vigintiduum virali non posse comprehendendi.

Primo quia sub dispositione generali non comprehenduntur exempti quoties quaestio est aut periculum ne privilegio eorum derogetur, *scripti lib. 1. de iurisdict. ord. in exemptos cap. 5. num. 13. & lib. 2. quæst. 2. num. 12.*

Secundo quia hæcenus ostendimus Episcopos non posse clericos nec clericos se ipsos subijcere alterius potestati longe porro minus exempti qui extraneis comparantur, *lib. 2. de iurisdict. ord. in exempt. quæst. 19. num. 4.* in quos cum Episcopus imperium non habet consequens est ut nec ipsi se nec quispiam alius à Papa inferior eos alterius potestati non possit subijcere. Disponere enim nemo potest de eo quod suum non est potestatis. *l. Lucius ff. ad municip. l. si Pater ff. qua. in fraudem credit. cap. in generali de controvers. inter dom. & agnat. Mantua sing. 485.*

Tertio ipsimet exempti sese subijcere non possunt uti varijs in locis in dicto tractatu comprobavi, *cap. cum tempore ubi Abb. & DD. de arbitrio.*

Quarta, Diplomata Julij Papæ exemptionum amplissima sunt concedentia exemptionem omnimodam ab omni iurisdictione ordinaria & extraordinaria cum elausulis prægnantibus & comminatorijs indignationis BB. Petri & Pauli de cuius energia scripti alio in tractatu.

Quin-